



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectae

Sandini, Antonio

Bambergae, 1753

XXIX. S. Cajus. Anno Christi 283. Carini Et Numeriani Imperator. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

& colobiis, quod Dalmaticis amplæ erant manicæ, tunicis strictæ, colobiis vel nullæ, vel breviores.

(2) Bolland. tom. 8. Maji pag. 40.

XXIX.

S. CAJUS.
ANNO CHRISTI 283.
CARINI ET NUMERIANI
IMPERATOR. 1.

Bar. an. 283. §. 17. **C**AJUS Dalmata Salonitanus, Caji filius, propinquâ cognatione Diocletiano Imperatori junctus, anno 283. XVII. Kal. Januar. Pontifex renunciatur. *Erat vir magna prudentia magnaque virtutis, ut est in Actis S. Sebastiani cap. 18. apud Bol-*

Pag. 278. landum die 20. Januarii. Ab eo confirmatum dicitur institutum Ecclesiæ

Bar. an. 296. §. 1. 2. *vetus, ut Clerici per septem Ordinum gradus documentum suû dantes,*

Pag. §. 3. *tenderent ad Episcopatum. (1) Quæ præterea gessit Pontificem agens per annos duodecim, menses quatuor, & dies quinque, latent tenebris obruta vetustatis. Mortuus est anno 296. X. Kal. Majas.*

AN-

ANNOTATIONES.

(1) Septenarius Ordinum numerus est in Epistola Cornelii Pontificis apud Eusebium lib. 6. Hist. Eccl. cap. 43. in qua dicit, fuisse in Romana Ecclesia Presbyteros 44. Diaconos 7. & Subdiaconos totidem, Acolythos 42. Exorcistas & Lectores cum Ostiariis 52. Vide Bonam l. 1. Rer. Liturgic. cap. 25. §. 16. 17. & Mabillonium comment. in Ordinem Romanum cap. 3. pag. 12.

XXX.

S. MARCELLINUS

ANNO CHRISTI 296.

DIOCLETIANI ET MAXIMILIANI IMPERATOR. 13.

MARCELLINUS Projecti filius Bar. an. Romanus V. Nonas Maji anno 296. §. 4. Cajo Pontifici subrogatur. Pag. §. 4. Euseb. l. 7. c. 32. Eo regnante anno 302. aut insequente Diocletianus homo omni diritate atque immanitate deterrimus persecutionem omnium sævissimam indixit adversus Christianos. (1) Tum Bar. an. Marcellinum metu mortis adactum 203. §. thura incendisse Idolis, & paucis 88. Pag. post diebus actâ pœnitentiâ vitam §. 18. 21. posuisse pro Christo, narrat Liber

G 3

Pon-